



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Isocaedervm. Aqua.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

I S O C A E D R U M,

A Q U A. CAP. XXIV.

Aquam vero Isocaëdri figuram tenere dixerunt. Est autem Isocaëdrium, Euclide auctore, figura solida, quæ viginti triangulis æqualibus & æqualium laterum, continetur: propterea quodaqua sua natura mobilis fit, & divisioni sexuique perfacilis. His quoque figuris ipsam elementorum ad invicem proportionem indicare voluerunt, quæ ex basium sive laterum & angulorum numero colligitur. Octaëdri enim ad Pyramidem est proportio dupla in lateribus, in angulis solidis sesquialtera, in planis vero dupla: ex quibus proportionibus fit harmonia duplex diapason & diapente: Pyramidis vero ad cubum in lateribus sesquialtera proportio, in angulis vero dupla, ex quibus diapason iterum & diapente. Cubi ad Isocaëdrium in lateribus proportio est tripla sesquitertia, in angulis sesquialtera, unde diapason, diapente & diatessarum in basibus, in angulis vero diapente. Isocaëdri vero ad Octaëdrium in basibus dupla sesquialtera, in angulis autem dupla, unde diapason & diapente in basibus: in angulis vero iterum diapason confurgit, quæ proportionibus, & harmoniæ pariter & in elementis per has figuras significatis esse traduntur.



V E R.

Æ S T A S.

Huc spectant quatuor anni tempestates ab Ovidio lib. 1. Met. descriptæ. extat ver repidium cinclum flore corona. Stabat nulla Æstas & spica serua gerebat.

Stabat & Autumnus cælestis foribus urvis, Reginali Hyems canos hirsuta capillos.



V E R. CAP. XXV.

Æ S T A S. CAP. XXVI.

CISTA florum, auctore Eusebio, Ver significat: quia vere cuncta florescunt.

CISTA spicis referta, eodem Eusebio teste, Æstatem denotat: quod æstate segetes & spica demetantur.

AUTU.